

## POËMATUM MEDICORUM.

## IV.

QUOD USUM VENAE SECTIONIS IN MORBIS  
acutis limitibus determinat.

§. 1. **P**lurimi quidem medici sunt qui in principio morborum acutorum venam secandam esse censent; putant enim morbum acutum absque hoc remedio numquam curari posse; praecipue vero si inflammatio etiam adsit. Mihi autem limitibus circumscribendam venae sectionem in istis morbis esse videtur, qui ab experientia atque ratione persuasus sum nunquam absolute & indeterminate secandam esse venam; considerate autem remedium hoc adhibendum, cum heroicum sit, & quantum fieri potest pro aegrotorum emolumento, neutiquam vero pro detrimento. Constitutio enim pulsuum, corporum & morborum evidentissime ostendit ubinam remedium hoc adhibendum sit, & ubi non, usum ejus limitibus optime determinans; quos si quis non transgreditur, emolumentum, sin fecus detrimentum infert prout in sequentibus clare demonstrabitur.

§. 2.